



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

60 Iudices ecclesiastici sententiam excommunicationis, suspensionis, & interdicti sine scriptis, & fine causae expreßione ferentes, vel copiam scripturae non tradentes, sunt suspensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

57 Iudices, & quoque ecclesiastici pluribus de causis suspensionis pœnam incurrun.

Primò enim iudices conservatores Sedis Apostolicæ; qui, cum de manifestis injuriis, & molestiis tantum possint cognoscere, juxta concil. Trident. *cap. 5. de reformat. sess. 14.* scienter tamen in aliis non manifestis absque Sedis Apostolicæ speciali commissione se intromittunt, per annum ab officio sunt suspensi, *ut in caps. hac constitutione sicut autem de offi. deleg. in 6. & Navar. in Manual. cap. 27. nu. 157. vers. nona.* Et Greg. XIII. omnibus regularibus concessit, ut in civitatibus Italiæ sibi conservatores eligerent, coram quibus convenirentur, semelque electos non mutarent; & eorum nomina intra mensem locorum Episcopis indicarent, alioquin coram ipsis Ordinariis conveniri possint, *ut in decis. concil. super eod. cap. 5. sub. tit. jud. conservat.*

58 † Conservatoriæ autem Universitatum collegiorum regularium, & similitum non sunt sublatae per conc. Trid. *ut in decis. super eod. cap. 5. sub. tit. Mediolanen. Lovaniens.* sed Universitatum prosunt tantum doctoribus, & scholaribus in eisdem Universitatibus operam suam navantibus, *ut ibi, sub. titulo. Ofcen.*

59 Secundò, † iudices ecclesiastici, debita juris monitione non præmissa, sententiam excommunicationis ferentes, ab ingressu ecclesiæ per mensem sunt ipso jure suspensi, *cap. de illicita, 24. quest. 3. cap. sacros. & ibi gloss. in ver. per mensem, de sent. excom. Navar. in Manual. d. 6. 27. n. 156. vers. quinta.* Et hanc pœnam non incurrun Episcopi, cum eorum non sit fa-

cta mentio specialis, *c. quia periculosum, de sen. excom. in 6.*

60 Tertio, † iudices sententiam excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sine scriptis, vel sine causæ expressione ferentes, vel requisiti copiam scripturæ intra mensem non tradentes ab ingressu ecclesiæ, & divinis officiis per mensem sunt suspensi, *ut in cap. cum medicinalis de sent. excom. in 6. & Navar. d. n. 256. vers. sexta.*

61 Quarto, † visitatores, qui in visitatione aliquid accipiunt ultra victualia, & quæ ex juris dispositione in visitatione capere possunt, *ut cap. exigite, de cens. in 6. & concil. Trid. cap. 3. de reformat. sess. 24.* Et de pluribus suspensionibus à jure laici habetur per gloss. *in clem. cupientes, in verb. suspensi, de pœnit.*

Pluribus etiam de causis per ordinum susceptionem clericis suspensionis pœnam incurrun, *de quibus supra in c. 1. par. 3.*

62 † Et clericum homicidam mirum est, putare, post perpetratum homicidium posse in sacerdotio ministrare, imò suadere velle, ut tali præbeatur assensus, nemo tam demens, tamque perversi sensus esse debet, ut post quantamcumque pœnitentiam tale quid concedendum præsumat; cum omnino canonicæ disciplinæ sit contrarium; & debeat sacerdotio privatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, ut tali saltem remedio curatus, salutis possit invenire suffragium, *ut inquit tex. in cap. miror, 5. dist. etiam si homicidii aut facti, aut præcepti, aut consilio, aut defensione tantum conscius fuerit cap. si quis viduam, ead. 50. dist. & cap. sicut dignum, 8. clericos autem de homicid.*

63 Interdictum † Papæ violans est ipso ju-